

1519. i. 27. Januarij.

Ex ms. Bibl. Latul.

Franciscus Rex Francia
Sigismundo I. Regi Polonia.

6

Excellentissimo ac Potentissimo Principi
eti Charissime ac Dilectissime frater et
Consanguineus Noster. Mittimus ad vos Di-
lectos et fideles nostros Joannem De Langhac
Militem Dominum Dicti loci, Magistrum
Ordinarium Requestrarum hospitij nostri, et
Antonium De Samet Militem Dominum
Duplessis Paillivum Montium in Burgandia,
ut nostro nomine, vobis aliqua exponant,
et communicent, que in utilitatem, et
commodum utriusque nostrum spectare
et pertinere nobis visa sunt, quorum ver-
bis perinde fidem vos habere, et credere
optamus, ac si coram loqueremur, et mente
animunquē nostrum vobis declararemus,
cum pro singulari eorum in nos fide studio
ac devotione nihil dicturos, aut facturos
esse confidamus, quod in mandatis
non habuerint. Charissime ac Dilectis-
sime frater, et consanguineus noster
Deus optimus maximus vos, statum
quē vestrum diutissime conservet
ac tueatur. Datum Parisij die Vigesi-
ma Septima Mensis Januarij. mil-
lesimo Quingentesimo Decimo nono. S

